PANGE LINGUA … PRAELIUM



** Text in audio recording*

2. De paréntis protoplásti fraude factor cóndolens,
quando pomi noxiális morte morsu córruit,
ipse lignum tunc notávit, damna lign*i* ut sólveret.

3. Hoc opus nostrae salútis ordo depopóscerat,
multifórmis perditóris art*e* ut artem fállerat,
et medélam ferret inde, hostis unde láeserat.

4. Quando venit ergo sacri plenitúdo témporis,
missus est ab arce Patris Natus, orbis cónditor,
atque ventre virgináli carne factus pródiit.

5. Lustra sex qui iam perácta tempus implens córporis,
se volénte, natus ad hoc, passióni déditus,
agnus in crucis levátur immolándus stípite.

6. Aequa Patri Filióque, inclito Paráclito,
sempitérna sit beátae Trinitáti glória;
cius alma nos redémit atque servat grátia. Amen.

Source: Abbaye Saint-Pierre de Solesmes
Verse 1 "Crux fidelis" Parish Book of Chant (CMAA, 2012)
Verses 2- 6 Liber Hymnarius (Solesmes, 1998)